I. N. J.

DISPUTATIO THEOLOGICA DE POENITENTIA INFANTUM

ACCESSUS.

Quando *Matth. XVIII, 3.* Salvator dulciſsimus diſcipulos ſuos de προεδρίᾳ in regno cœlorum diſceptantes in ordinem redacturus atque ad infantes ablegaturus his verbis utitur: ἐὰν μὴ στραφῆτε καὶ γεγένησθε ὡς τὰ παιδία, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν in eam deſcendo ſententiam, Ipſum non modo *ſuperbiam & ambitum* hoc dicto (in cujus explicationem & meliorem intellectum, ipſius etiam pueri in medium advocati exemplum ob oculos illis ſiſtit,) reprimere, verum etiam id docere voluiſſe, *ne infantes contemnamus*, vel *officinam Spiritus Sancti illos præbere non*